



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

De vxoricidio. Quæstio 60.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

rum ecclesiæ: ex quo habet perfectam firmitatem, in quantum significat indiuisibilem cōiunctionem Christi & Ecclesiæ. Et ideo matrimonium quod non est ratum, magis potest solui, quantum ad vinculum per infidelitatem, quam per adulterium.

Ad secundum dicendum, quod prima coniunctio animæ ad Deum est per fidem, & ideo per eam anima quasi desponsatur Deo, ut patet Osee 2. Sponsabor te mihi in fide. Unde in sacra Scriptura specialiter per fornicationem idololatria, & infidelitas designatur: sed alia peccata magis remota significatione dicuntur spirituales fornicationes.

Ad tertium dicendum, quod hoc intelligendum est quando mulier præstat magnam occasionem peccati viro suo, ut vir probabiliter sibi de periculo timeat: tunc enim vir potest se subtrahere ab eius conuersatione, ut dictum est*.

art. prat.
corp.

Ad quartum dicendum, quod auaritia dicitur idololatria, per quamdam similitudinem seruitutis: quia tam auarus, quam idololatra potius seruit creaturæ, quam Creatori. Non autem per similitudinem infidelitatis: quia corruptio infidelitatis est in intellectu, sed auaritiæ est in affectu.

loco in
arg. 5. ci-
tato.

Ad quintum dicendum, quod verba Magistri* sunt accipienda de sponsalibus, quia propter crimen sperueniens sponsalia solui possunt. Vel si loquatur de matrimonio, intelligendum est de separatione communi conuersatione ad tempus, ut dictum est* vel quando vxor non vult cohabitare nisi sub conditione peccandi, ut cum dicit, Non ero vxor tua nisi mihi de latrocinio diuitias congreges: tunc enim potius eam debet dimittere, quam latrocinia exercere.

in corp.
art.

QVÆST. LX.

De vxoricidio, in duos articulos diuisa.

¶ Eiusdem considerandum est de vxoricidio.

¶ Circa quod quærentur duo.

¶ Primo, utrum in aliquo casu liceat vxorem occidere?

¶ Secun-

¶ Secundo, utrum vxoricidium matrimonium impediatur?

ARTIC. I.

Virum liceat uxorem interficere in actu adulterij deprehensam?

250

Tho. 4. d.

37. q. 2.

art. 1. q.

seq. cap.

admonere.

re. 33. q. 2.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod liceat viro uxorem interficere in actu adulterij deprehensam. Lex enim diuina præcipit adulteras lapidari. Sed ille qui legem diuinam exequitur, non peccat. Ergo nec occidens propriam uxorem, si sit adultera.

¶ 2 Præterea, Illud quod licet legi, licet ei cui lex hoc comittit. Sed legi licet interficere adulteram, ut quamlibet personam ream mortis. Cum ergo lex commiserit viro interfecionem vxoris in actu adulterij deprehensa, videtur quod ei liceat.

¶ 3 Præterea, Vir habet potestatem maiorem super uxorem adulteram, quam super eum, qui cum ea adulterium commisit. Sed si vir percutiat clericum, quem cum propria vxore inuenit, non est excommunicatus. Ergo videtur, quod etiam liceat interficere propriam uxorem in adulterio deprehensam.

¶ 4 Præterea, Vir tenetur uxorem suam corrigere. Sed correctio fit per inflictionem iustæ pœnæ. Cum ergo iusta pœna adulterij sit mors, quia est capitale crimen, videtur quod liceat viro uxorem adulteram occidere.

SED contra, In littera * dicitur, quod Ecclesia Dei nunquam constringit legibus humanis vel mundanis: gradium enim non habet nisi spirituale. Ergo videtur, quod ei qui vult esse de Ecclesia, non sit licitus vsus legis illius, quæ vxoricidium permittit.

li. 4. sent.

d. 37. cir-

ca. finem

illius.

¶ Præterea, Vir & vxor ad paria iudicantur. Sed vxori non licet interficere virum in adulterio deprehensum. Ergo nec viro uxorem.

RESPONDEO dicendum, quod virum interficere uxorem contingit dupliciter. Vno modo, per iudicium

dicium civile: & sic non est dubium quòd sine peccato potest vir zelo iustitiæ, non liuore vindictæ aut odij morus, vxorem adulteram in iudicio seculari accusare criminaliter de adulterio & pœnam mortis à lege statutam petere: sicut etiam licet aliquem accusare de homicidio, aut de alio crimine: nõ tamen talis accusatio potest fieri in iudicio Ecclesiastico, quia Ecclesia non habet gladium materiale, vt in littera dicitur. Alio modo, potest eam per seipsum occidere, non in iudicio conuictam: & sic extra actum adulterij eam interficere, quantumcumque sciat eam esse adulteram, neque secundum leges ciuiles, neque secundum legem conscientiæ licet. Sed lex ciuilis quasi licitum putat, quòd in ipso actu eam interficiat, nõ quasi precipiens, vel prohibens, sed quasi pœnam homicidij ei non infligens, propter maximum iactamentum, quod habet vir in tali facto ad occisionem vxoris. Sed Ecclesia in hoc non est astricta legibus humanis vt iudicet eum sine reatu pœnæ aternæ, vel pœnæ Ecclesiastico iudicio infligendæ, ex hoc quòd est sine reatu pœnæ infligendæ per iudicium seculare. Et ideo in nullo casu licet viro occidere, vxorem propria auctoritate.

Ad primum ergo dicendum, quòd pœnam illam infligendam non * commisit lex personis priuatis, sed personis publicis quæ habent officium ad hoc deputatum. Vñ autem non est iudex vxoris: & ideo non potest eam interficere, sed coram iudice accusare.

Ad secundum dicendum, quòd lex ciuilis non commisit viro occisionem vxoris, quasi precipiens: quia sic non peccaret, sicut non peccat minister iudicis laicæ occidens condemnatum ad mortem: sed permittit, pœnam non adhibens: vñ etiam difficultates quasdam apposuit, quibus retraherentur viri ab vxoricidio.

Ad tertium dicendum, quòd ex hoc non probatur quòd sit licitum simpliciter, sed quantum ad immunitatem

ritatem ab aliqua pœna: quia etiam excommunicatio quædam pœna est.

Ad quartum dicendum, quod duplex est congregatio: quædam œconomica, sicut familia aliqua: & quædam politica, sicut ciuitas & regnum. Ille igitur qui præest secundæ congregationi ut Rex, potest infligere pœnam & corrigere personam, & exterminare ad purgationem communitatis, cuius curam gerit: sed ille qui præest in prima congregatione ut pater familias, non potest infligere nisi pœnam corrigentem, quæ se non extendit ultra terminos emendationis, quam transcendit pœna mortis. Et ideo vir qui præest uxori, non potest ipsam interficere, sed alias accusare vel castigare.

ARTIC. II.

258

Utrum uxoricidium impediatur matrimonium?

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod uxoricidium non impediatur matrimonium. Dicitur enim opponitur adulterium matrimonio, quam homicidium. Sed adulterium non impedit matrimonium. Ergo nec uxoricidium.

¶ 2. Præterea, Grauius est peccatum occidere matrem, quam uxorem: quia numquam licet verberare matrem, licet autem quandoque verberare uxorem. Sed occisio matris non impedit matrimonium. Ergo nec uxoris occisio.

¶ 3. Præterea, Magis peccat qui uxorem alterius propter adulterium interficit, quam qui uxorem propriam, in quam minus habet de motiuo, & minus ad eam spectat eius correctio. Sed qui alienam uxorem occidit, non impeditur a matrimonio. Ergo nec qui propriam uxorem interficit.

¶ 4. Præterea, Remota causa, remouetur effectus. Sed peccatum homicidij potest per pœnitentiam remoueri. Ergo & impedimentum matrimonij, quod ex eo causatur; & ita videtur quod post peractam pœnitentiam non prohibeatur matrimonium contrahere.

SED

In decr.
33. q. 2.
eum in-
terfello-
res.

* *ibid. c.*
12. c. 4.
sent d. 37
§. B.
decr. 33.
q. 2. c. *In-*
terfello-
res.

SED contra est, quod Canon. † dicit, Interfectores suarum coniugum ad penitentiam redigendi sunt, quibus penitus denegatur coniugium.

¶ Præterea, In eo in quo quis peccat, debet etiam puniri. Sed peccat contra matrimonium, qui uxorem occidit. Ergo debet puniri ut matrimonio priuetur.

RESPONDEO dicendum, quod vxoricidium, ex statuto ecclesie, matrimonium impedit: sed quandoque impedit contrahendum, & non dirimit contractum, quando scilicet propter adulterium vir occidit uxorem, aut etiam propter odium: tamen si timentur de incontinentia eius, potest cum eo dispensari per Ecclesiam, ut licite matrimonium contrahat. Quandoque etiam dirimit contractum, ut quando aliquis interficit uxorem suam, ut ducat eam cum qua nuchatur: tunc enim efficitur illegitima persona simpliciter ad contrahendum cum illa, ita quod si de se hoc cum ea contraxerit matrimonium, dirimitur. Sed per hoc non efficitur simpliciter persona illegitima respectu aliarum mulierum. Vnde si cum alia contraxerit, quamvis peccet, contra statutum Ecclesie faciens: tamen matrimonium contractum non dirimitur propter hoc.

Ad primum ergo dicendum, quod homicidium & adulterium in aliquo casu impediunt matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum, sicut de vxoricidio hic dicitur. & de adulterio infra dicitur. Vel dicendum, quod vxoricidium est contra constantiam coniugii, sed adulterium est contra bonam fidem ei debitam: & ideo adulterium non est magis contra matrimonium, quam vxoricidium: & ita ratio procedit ex falsis.

Ad secundum dicendum, quod simpliciter loquendo grauius peccatum est occidere matrem, quam uxorem, & magis contra naturam: quia naturaliter homo matrem reueretur. & ideo minus inclinatur ad infestationem matris, & pronior est ad infestationem uxoris, ad cuius pronitatis repressionem vxoricidium est.

est matrimonium ab Ecclesia interdictum.

Ad tertium dicendum, quod talis non peccat contra matrimonium, sicut ille qui propriam uxorem interficit: & ideo non est simile.

Ad quartum dicendum, quod non est necessarium, quod deleta culpa, deleatur omnis pœna, sicut de irregularitate patet. Non enim pœnitentia restituit in pristinam dignitatem, quamvis possit restituere in pristinum statum gratiæ, ut dictum est*.

QVÆST. LXI.

De impedimento matrimonij quod est votum solemne, in tres articulos diuisa.

¶ E inde considerandum est de impedimentis quæ superueniunt matrimonio. Et primo, de impedimento, quod prouenit matrimonio, scilicet de voto solemnium. Secundo, de impedimento, quod prouenit matrimonio consummato, scilicet de fornicatione.

¶ Circa primum quæruntur tria.

¶ Primo, utrum alter coniugum altero inuito, post carnalem copulam possit religionem intrare?

¶ Secundo, utrum ante carnalem copulam possit intrare?

¶ Tertio, utrum mulier possit nubere alteri viro, priore ante carnalem copulam religionem ingresso?

ARTIC. I.

Utrum alter coniugum, altero inuito, post carnalem copulam possit religionem intrare?

¶ Ad primum sic proceditur. Videtur, quod alter coniugum etiam post carnalem copulam possit altero inuito ad religionem transire. Quia lex diuina magis debet spiritualibus fauere quam lex humana. Sed lex humana hoc permittit. Ergo multo fortius lex diuina permittere debuit.

¶ 2 Præterea, Minus bonum non impedit maius bonum. Sed matrimonij status est minus bonum, quam status religionis, ut patet 1. Corinth. 7. Ergo propter matrimonium non debet homo impediri quin Supplementum. M m possit

q. 28. ar. 1. ad 3.

252

Tho. 4. d. 27. q. 1. ar. 2. q. 1. & se 7.